



# **Disputatio juridica inauguralis de novationibus & delegationibus, Cod. lib. 8 Tit. 42**

<https://hdl.handle.net/1874/341845>

DISPUTATIO JURIDICA  
IN AVGVRALIS,  
DE  
Novationibus & Delegationibus,

Cod. lib. 8. Tit. 42.

QVAM  
FAVENTE DEO OPT. MAX.  
Ex auctoritate Magnifici Rectoris,

D. HERMANNI WITSII,

S. S. Theol. Doctoris, ejusdemque in Inclita Academia Ultrajectina  
Professoris Ordinarii, & Ecclesiae ibidem Pastoris facundissimi.

NEC NON

Amplissimi Senatus Academicorum Consensu, & Alma  
Facultatis JURIDICÆ Decreto,  
PRO GRADU DOCTORATUS  
Summisque in utroque JURE honoribus, & Privilegiis ritè,  
ac legitimè consequendis,  
Eruditorum Examini subjicit  
ARNOLDUS FRANCISCUS DE RAET, Gelro-Bommelensis.  
Ad diem 27. Julii, loco horisque solitis.




ULTRAJECTI,

---

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiz  
Typographi, c̄lo Ic Lxxxvi.

DISPUTATIO IURIDICA  
SOCIETATIS ET STUDIUM  
MAGISTRI DELEGATIONIS  
Copy No. 8 D.W. 45

# D E O E T A M I C I S.



ULTRAIEOTI.  
ex Officina FRANCISCIC HALMI. Accedit  
Thesaurus, ad hoc lxxvii.

DISPUTATIO JURIDICA  
INAUGURALIS,  
DE

Novationibus & Delegationibus.

Cod. lib. 8. Tit. 42.



Ovatio annumeratur inter modos ipso jure tollendi obligationem ; antiquitus obtinuit ut si solus animus novandi exstaret , contracta novatio intelligeretur , et si ille animus ex circumstantiis tantum esset perceptibilis ; hic modus tollendi ipso jure priorem obligationem videtur mutatus per l.fin.Cod. hoc tit. per quam Justinianus Imperator introduxit non alias fieri novationem , quam si contrahentes diserte suam voluntatem explicasset sese priorem obligationem constituisse.

A 2

Si

4 DISPUTATIO JURIDICA  
QUÆSTIO I.



I tenori hujus legis  
præcise inhærendum  
sit; an non ergo erit  
novatio? si quid de-  
beatur ex causâ depo-  
siti illud idem promittitur ex causâ  
mutui, item si emptio equi facta fue-  
rit centum, eâ conditione ut equus  
ab omni vitio esset immunis, ante  
traditionem equi & solutionem præ-  
tii reperitur ille defectuosus, ita ut  
iterum contrahatur sexaginta; non  
dubitarem etiam si partes hanc suam  
voluntatem novandi non expresse-  
rint, attamen si non ipso jure saltem  
ope exceptionis novationem initam  
fore; ad quid enim prodesset hæc  
altera conventio si per eandem non  
elideretur vis prioris contractus,  
cum

INAUGURALIS ;  
cum re ipsa exprimatur remissio  
prioris obligationis.

I I.

Quid si quis jure ignarus contra-  
xisset cum jurisperito , & ex hoc  
contractu secundo colligeretur ani-  
mus novandi vehemens & urgens ,  
ille autem Jurisperitus conscripsisset  
hunc novum contractum & callide  
in eodem omisisset exprimere requi-  
situm *d. l. ult.* ; ergone erit novatio ,  
vel remanserit prior obligatio , cum  
effectu eandem posse petendi ; non  
remanere potius amplectendum *arg.*  
*l. 4. Cod. plus valere quod agitur.*

I I I.

Inter contrahentes , novationis  
voluntate non expressâ , si tamen  
constiterit de enixa voluntate , ut  
ipso quoque jure novatio contracta

DISPUT. JURID. IN AUG.

intelligatur probabiliter dicendum ;  
inspecto argumento delegationis ad  
novationem , quo ad effectum juris  
reciprocum in ordine ad priorem  
obligationem tollendam.

I V.

Ut debitor debitoris conveniatur  
non est ita necesse ipsis consensus  
*quem l. penult. cod. de novat. requirit.*

V.

Exceptiones mulieribus respectu  
intercessionis pro alio factæ , mino-  
ribus quo ad circumscriptionem eis  
occursam , maritis ratione suæ com-  
petentiæ in causâ dotis reddendæ  
remanent , & ab iisdem in materiâ  
delegationis creditori secundo obji-  
ci possunt propter concomitantiam  
causæ cui adhærent.

F I N I S.

# COROLLARIA.

I.

**I**Nde leges latæ ne fortior omnia  
posset:

*Hoc dictum ab ethnico-poëta Ovidio  
prolatum, unicuique laudabile, Chri-  
stianis autem Legislatoribus imitabile.*

II.

*Judicem posse procedere ad sententiam  
(quatenus civiliter agitur) ex præ-  
sumptione juris, id habet C. Adver-  
te 10. de præsumptionib.*

III.

*Actus contra legem gestus, etiam tan-  
tum simpliciter prohibens est ipso jure  
nullus per l. non dubium Cod. de  
legib.*

*Quam-*

I V.

Quamquam naturalis ratio suggestit ut  
vim vi repellere liceat , & permisum  
sit sese opponere contra Officiales Judicis,  
sine juris ordine , & causa cognitione ,  
possessionem bonorum alicui afferentes ,  
consultius tamen fecerit , qui Authore  
prætore sese opposuerit.

V.

Notorio prædoni omni beneficio possessionis  
denegandum , legis etenim non est forve-  
re alicujus malitiam.

V I.

Animus pravus exaggerat delictum ,  
etiamsi intentio vulnerantis non corre-  
sponduerit ipsi vulneri eventualiter  
inficto.

F I N I S.